Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dem Off. Super flumina babilonis illic sedimus et flevimus
dum recordaremur tui syon. Sec. Celestem nobis pr. ut
hec mysteria quis due medicinam et vitam nri cordis
et purgent. P. Com. Memento verbi tui servo tuo due in quo
michi spem dedisti hec me consolata est in humilitate mea. Cōpl.
Ut sacris due digni reddam[ur] mysteriis: fac nos quesumus
tuis obedire mandatis. P. Dominica vicesima p̄mā
Dne
Si voluntate tua universa stant et non est que possit resistere
voluntati tue tu enim fecisti omnia celum et terram et universa que
celi ambitu continentur dominus universorum es. Ps. Beati
immaculati in via qui ambulant in lege dni. Alia pa. Oratio
Famulam tuam quesumus due continua pietate
custodi: ut a cunctis adversitatibus te protegente
sit libera et in bonis actibus tuo nomini fiducialiter
deseruiat. Per. Confortamini in d̄o. Ad Ephesios 6
Fratres. In virtute virtutis eius. Induite
vos armatura dei ut possitis stare adversus insidias
diaboli: qui non est vobis colluctatio adversus carnem et
sanguinem: sed adversus principes et potestates adversus mundi
rectores tenebrarum harum contra spiritalia nequitie in celestibus.
Propterea accipite armaturam dei: ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare. State ergo
succincti lumbos vestros in veritate: induti loricam
iustitiae et calcati pedes in preparatione evangelii pacis
in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: et gladium spiritus quod est verbum dei.
Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. Gr.
V. Priusquam montes fierent aut formaretur terra et orbis a seculo et usque
adhuc tu es ds. Alla. V. De profundis clamavi ad te due due exaudi